

constitit secum animus, cure huic, que non postrema apud me erat, operam dedi, ac benivolis quibusdam, quos Venetiis notos haberem, id negotii demandavi, ut de te inquirerent, significareque ^(a) michi quod comperissent quam primum curarent. a quorum tamen ne-
 5 mine priusquam a te ipso, ea fuit diligentia, edoctus sum. ille enim, ut opinor, quisquis is fuit; nam suppressisti nomen; qui te prius ^(b) nomine meo salutavit, non fuerat id fortasse facturus, nisi te illi casu obviam dedisset fortuna ^(c); quin etiam ^(d), ad excusandum muneris sibi commissi tarditatem, ignorantiam loci in quo
 10 habitares causari non est veritus, quasi latere tu uspiam in tempus toto iam orbe possis, aut in urbe illa, in qua diu per magnum ^(e) nomen versatus es, locus ^(f) tue habitationis ignorari. ex modestia tamen illa tua solita atque insita comitate purgationem eius facile admisisti, qui non fuisse id mirum dicas, cum a tuis etiam vi-
 15 cinis ^(g) ignoreris ^(h). quod ut ita sit, si modo ita est ⁽ⁱ⁾, levis sit tamen tibi huiusce rei iactura et ^(k) facile ferenda. late enim foris nosceris, qui a tuis ibi vicinis ^(l) ignoraris. nam vix est quisquam doctorum hominum qui tua non legerit ^(m); plerisque etiam pro tuis peregrinationibus variis facie ⁽ⁿ⁾ cognitus es; nemo certe est ^(o) qui
 20 vel fama non te norit. atque inprimis summus ipse pontifex et universalis pastor Innocentius nomen tuum notum habet et virtutem multa cum laude commendatam, cuius tu ^(p) modo mentionem ^(q), sorti mee congratulans, induxisti. in huius equidem me tempora devenisse et in re presente versari, gloriari non immerito possum;

formarsene pel tramite di amici a Venezia,

senza però riceverne mai risposta finché Giovanni stesso non gli scrisse, dopo essersi imbattuto in uno di costoro per caso.

Come poté quel tale addurre nella propria discolta la sua ignoranza dell'abitazione di Giovanni?

Troppo buono e modesto è il maestro che lo ha perdonato, e che ora dichiara di non meravigliarsene, giacché perfino i vicini di casa non sanno chi egli sia.

E sia pure; ma non v'è un solo uomo dotto che non lo conosca almeno per fama;

e primo fra tutti, il sommo pontefice, da lui ricordato, che ne fa sempre l'elogio.

Ben a ragione Giovanni s'è congratolato secolui, che, oltre ai bene-

(a) B P R G Go significarentque (b) C in marg. corr. prius in primus (c) C fortuna dedisset (d) CR qui etiam (e) PC permagnum (f) R Go tue habitt. locus (g) PG in marg.: vicinus (h) BC ignoraris R ignorareris (i) B come pure G nel testo, si monita est Go si monita sit (k) G om. et (l) G in marg. vicinus (m) R legerint (n) G Go facile (o) I codd., eccetto C, om. est (p) RG quem tu (q) C supplisce in marg. mentionem che manca pure negli altri codici.

dopo la strage di S. Spirito compiuta dal nipote Lodovico de' Migliorati il 6 agosto 1405. È verisimile che il V. abbia accompagnato il papa, come fece anche il Bruni, in quella memorabile fuga, quando molti tra i curiali perirono per via ed i loro cadaveri rimasero per giorni insepolti nei campi

lungo la strada. Il papa tornò a Roma soltanto il 13 marzo 1406 (cf. THEOD. A NIEM, *De Schismate* cit., lib. II, cap. 36; MEHUS, *L. Bruni Epistolarum libri VIII* cit., p. 8; P. BRAND, *Innocenzo VII e il delitto di Lodovico Migliorati* cit.; *Note cronologiche Vergeriane* in *Archivio Veneto*, IV, 1928, pp. 114, 132).